

The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

Homo u cum uariis

Quid in homine proprium? Ratio. Hec recta et consummata felicitatem hominis impleuit. Ergo si omnis res cum bonum suum perfecerit, laudabilis est et ad finem nature sue peruenit, homini autem suum bonum ratio est, si hanc perfecerit laudabilis est, et finem nature sue tetigit. Hec ratio perfecta uirtus uocatur, eademque honestum est. Id itaque unum bonum in homine est, quod hominis est.

Seneca ibidem (LXXVII. epistola ad Lucilium).

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

quid] quod P V¹ V² L¹ L²; proprium ratio] proprium ratio *add.* M; hec] potest *add.* (*del. sub lin.*) C; ad finem nature sue peruenit homini autem suum bonum ratio est si hanc perfecerit laudabilis est et *om.* P V¹ V² L¹ L²; nature sue] sue nature C P V¹ V² L¹ L²; uocatur *om.* P V¹ V² L¹ L²